

qui ab huiusmodi spe nefaria pestiferisq; co-  
natibus deterrei ētur, denique vt liceret in ea  
republica, quam nostri maiores suo sanguis  
ne fundarunt, virtute auxerunt, cōcordia sta-  
biluerunt, aris focis dijs penatibus liberis cō-  
iugibus bonis industria paratis secure frui  
peremptis Sicariorum cateruis aut expulsis:  
qui subinde oculis obuersantes, dies anxios,  
inquietas noctes, iniucundam quoque vitā  
efficiebant. Igitur criminabere quod proflis-  
gatis perditissimis hominibus patriaq; mea  
virtute conseruata, iudicia quæ iacebant ere-  
cta sint, legibus quæ silebant auctoritas data,  
postremo sua cuique dignitas & decor ciuita-  
ti redditus sit ac restitutus? CÆS. Nimirū vt  
ingentes sub hoc prętextu parares diuitias,  
& miseria multorum fieres magnus & formi-  
dabilis. SyL. Nihil minus per Iouem, siquidē  
patrimonium a patre tam amplū accepi re-  
lictum, vt vel ad tutelam amicorum satis fue-  
rit: quæ propter dixeris imprudēter me rebus  
nouis ob inopiam studuisse. CÆS. Id refert  
perpendas nō quantū tibi redierit ex posses-  
sionibus paternis, sed quam multa appetieris:  
quo pacto licet & gargara cōderentur in tuis  
horreis, & fluenta Lydię possideres, tamē vt  
quispiam Irus egētilsimus iudicaretis. SyL.

Tua Cæsar